



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiariam, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Aetl.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

- II. WICKERVS.  
 III. OTTO.  
 IV. RVELLIEBVS.  
 V. RVECHWINVS.  
 VI. ARNOLDVS.  
 VII. HERRANDVS.  
 VIII. ORTOLIVS.  
 IX. WICKERVS *secundus*.  
 X. EBERHARDVS.  
 XI. RAPOTO.  
 XII. HEINRICVS.  
 XIII. RAPOTO *secundus*.  
 XIV. ALBERTVS.  
 XV. BERNHARDVS.  
 XVI. HEINRICVS *secundus*.  
 XVII. IACOBVS.  
 XVIII. DIETMARVS.  
 XIX. VLRICVS.  
 XX. ALBERTVS *secundus*.  
 XXI. IOANNES.  
 XXII. IACOBVS *secundus*.  
 XXIII. IOANNES *secundus*.  
 XXIV. WOLFGANGVS.  
 XXV. IOANNES *tertius*, *dictus Rughelm*, *primus insulatus*.  
 XXVI. BENEDICTVS.  
 XXVII. ADAMVS.  
 XXVIII. EGIDIVS.  
 XXIX. CHRISTOPHORVS.  
 XXX. MARCVS.  
 XXXI. GABRIEL.  
 XXXII. IOANNES HENRICVS.  
 XXXIII. WOLFGANGVS *secundus*.  
 XXXIV. LAMBERTVS.  
 XXXV. MAVRVS.

## AETL

**M**ONASTERIVM ordinis S. Benedicti, in ripa Oeni, super Wasserburgium, fundatur ab Arnolpho, Comite Damastano, amicissimo Heinrici quarti Imperatoris. Ibidem cum vxore Gisala sepultus, circa Annum 1080. quod per fratrem eius Fridericum dictum Rocho, ad tantam egestatem redactum est, ut ægrè tres Monachos alere posset. Engelbertus Comes Wasserburgenfis postea refecit, ac locupletauit. Limpurgium arcem seu Castrum suum vicinum solo æquauit, quod otio & solitaria vitæ ac disciplinæ, strepitus ciuiles ac aulici minime conuenirent. Wasserburgium cum toto famulitio migravit, ac ibidem de cætero habitauit. Et hoc circa Annum Domini 1160. Auent. in Annalib. fol. 552. & fol. 692.

SEPULTI sunt ibi Nobiles Zelleri de Zellereut vicini olim, &c.

ADDE



## ADDITIONES.

## Fundatio Monasterij Actl.

IN nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno Incarnationis Dominicæ M. LXXXVII. Ego *Engilbertus Halensium Comes* locum *Atilensem*, sub titulo Sanctæ Dei genitricis *Mariæ* perpetuæ virginis, sancti quoque *Michaëlis* Archangeli in territorio *Frisingensi* restauraui. Idem namque locus prisce temporibus à Principibus de *Diesin* magna prædiorum copia nobiliter est fundatus, sed à peruersis hominibus, & maxime à quodam *Friderico* cognomento *Hocke*, personis expulsis, rebus abstractis, ita destructus est, ut tribus tantum præbendariis illic remanentibus vix tandem paruissimum pristinae habitationis ibidem seruetur indicium. Sed quia tandem diuina clementia eundem locum suo sancto seruitio denuo mancipari voluit. Ego *Engilbertus Halensium Comes*, diuino compunctus amore Castrum meum *Lintburc*, quod tunc temporis præclara ciuium numerositate inhabitabatur, ex affectu quem pro restauratione loci *Atilensis* conceperam, hilari mente destruxi, & domum meam in castrum *Wasserburg* pro ampliacione, & pro situs monasterij commoditate transtuli, & quæcunque possessa fuerant in ipso monte, culta & inculta, à meis ministerialibus aliis prædiis commutauit, & in possessionem Monasterij tradidi. Post hoc conuocatis nobilioribus *Bauariæ*, amicis & ministerialibus meis, diligenti indagacione capri inuestigare, vbi prædia inuenirentur, quæ de iure foedi à prima institutione Monasticæ religionis ad ipsum locum, sine contradictione pertinentia videntur. Inuenta autem sunt hæc in ipso monte, & sub ipso culta & inculta, ad XII. aratra, octo Ecclesiæ cum dote & decimis earum, quarum nomina hæc sunt: *Atila*, *Kimerberg*, *Albrantsperg*, *Ki-te*, *Etlingen*, *Gerute*, *Hohenarve*, Capella in *Wasserburg*; pro quarum dotis & decimarum commutatione communi consilio & testimonio Principum & Nobilium *Bauariæ*, Comitum videlicet *Bereholdi* de *Andechs*, *Sifridi* Comitum in *Hochenburg*, *Chunonis* de *Megilingen*, *Herrandi* de *Amrangi*, *Burckardi* de *Messure*, aliorumque multorum consensu, Chori *Frisingensis*, in presentia Domini *Otonis* Episcopi, astanti omni clero suo, tradidi ad aram Sanctæ *Mariæ Frisingen* Ecclesiæ, Decimalem turrem in *Ardingen*, & mansum dimidium sub ipso monte situm, ad exponendum ibi vinum *Frisingen* Ecclesiæ. Denique à principibus quos profati sumus, & à multis aliis nobilibus, adhuc inuenta sunt, ad locum *Atilensem* pertinentia, a flumine *Ebrach*, vsque ad ripam *Kazpach*, prata, pascua, culta & inculta, apud *Albrantsperg* quatuor mansus, *Pruckhe* molendinum, *Rashart* curtis, *Vichusen* duæ curtes, *Chorenperg* duæ curtes, de cunctis verò quæ possidet in omnibus castris meis *Wasserburg*, *Viechtenstein*, *Grisinstain*, *Werberg*, pecorum videlicet, carniū, caseorum, volatiliū, & omnium victualium meorum decimas *Atilensi* monasterio tradidi. Si quis autem huic traditioni nostræ obuiare voluerit, vel de supradictis possessionibus aut decimis aliquid minuere præsumserit, sine filij mei, seu qualibet persona, anathema sit in secundo aduentu Domini: conseruantibus autem ea, quæ præfato Canobio perpetuo iure mancipauimus, sit merces quam præparauit Deus diligentibus se, ut autem traditio nostra inconuulsa permaneat, præsentē paginam supradictis testibus & sigilli nostri impressione munimus & ratificamus.

Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis *Egolpho* Abbati



Abbati monasterij *Atilensis*, eiusdem fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quoties illud à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & præfatum monasterium, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti Priuilegio communitus. In primis siquidem statuentes vt ordo monasticus qui secundum Deum & *Benedicti* regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunq; possessiones, quæcunq; bona idem monasterium in præsentiarum iustè & Canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Terram cultam pro duodecim aratris in *Atila*, & à loco qui dicitur *Katzbach*, vsque ad ipsum montem, omnia culta & inculta: quæ ad jus & proprietatem bonæ memoriæ *Engelberti* Comitis *Halensis* spectant, idem Comes pia deuotione in perpetuam eleemosynam vobis donauit. Ecclesiam de *Atila* cum Capellis & aliis pertinentiis suis, decimas omnium prædictarum Ecclesiarum, quas præfatus Comes redemit ab Ecclesia *Frisingensi*, per *Ottonem* eiusdem Ecclesiæ Episcopum cum consensu totius Ecclesiæ *Frisingensis*, dato in concambium dimidio manso sub ipso monte *Atila*, & curte magna & pretiosa apud *Ardingen*. Duas Ecclesias, videlicet *Isolungen* & *Gruesteten*, *Conrado* seniore & *Conrado* juniore Archiepiscopis, & nunc *Alberto* Archiepiscopo laudantibus, & approbantibus omnibus *Salisburgensis* Ecclesiæ Prælati & Prioribus, annuente clero & populo vobis concessas. Præterea libertates & immunitates à Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Principibus monasterio vestro rationabiliter collatas, sicut in autenticis scriptis exinde factis continentur, & antiquas & rationabiles consuetudines Monasterij vestri integras & illibatas præsentis decreto manere sancimus. Sanè noualium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum nullus à vobis decimas præsumat exigere. In Parochialibus autem Ecclesiis quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint Episcopus animarum curam committat. Vt de plebis quidem cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Liceat quoq; vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem vestram recipere, & eos absque vllius contradictione in vestro Collegio retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum post factam in eodem loco professionem sine licentia Abbatis sui fas sit de claustro discedere: discedentem verò absq; communium literarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. Sepulturam quoq; ipsius loci liberam esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi forte excommunicati aut interdicti sint, nullus obsistat, salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum à quibus mortuorum corpora assumuntur. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium & basilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi à Diocesano suscipietis Episcopo, si quidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis, & absq; vlla prauitate vobis voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quem malueritis adire antistitem, qui



qui nostra fulcus auctoritate quod postulatis indulgeat. Obeunte verò tenunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilij sanioris secundum Dei timorem & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergò vt nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conseruentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate & Diocesani Episcopi Canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens cõtra eam temere tempraerit, secundo tertioque honorisq; sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & Sacratissimo corpore & sanguine Dei & Domini redemptoris nostri IESV Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autè eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri IESV Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Datum *Ferraria* per manum Graciani S. Rom. Ecclesiæ Notarij quarto Calend. Maij, Indiçtione X. Incarnationis Dominicæ Anno M.C. LXXVII. Pontificatus verò Domini Alexandri PP. III. Anno XVIII.

**G**REGORIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbati monasterij *Atilensis*, eiusdemq; fratribus tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens illud à nobis petitur, quod religioni & honestati conuenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & monasterium *Atilense* in quo diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicitis recordationis *Alexandri* Papæ prædecessoris nostri sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, vt ordo monasticus, qui secundum Deum & B. *Benedicti* regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuolabiliter obseruetur. Præterea, quascunq; possessiones, quæcunq; bona idem Monasterium in præsentiarum iustè & canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisq; successoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, terram cultam pro duodecim aratris in *Atila*, & à loco qui dicitur *Katzbach*, vsque ad ipsum montem culta & inculta quæ ad jus & proprietatem bonæ memoriæ *Engilberti* Comitis *Halensis* spectantia, idem Comes pia deuotione in perpetuam elemosynam vobis donauit. Ecclesiam de *Atila* cum Capellis & pertinentiis suis. Decimas omnes prædictarum Ecclesiarum quas prædictus Comes redemit ab Ecclesia *Frisingensi* per *Ottone*m eiusdem Ecclesiæ Episcopum, cum consensu totius Ecclesiæ *Frisingensis*, dato in concambium dimidio manso sub ipso monte *Atila*, & curte magna & pretiosa apud *Ardingen*, de *Svva*ben, & *Diengen*, & de *Stroa* villas cum earum pertinentiis. Duas Ecclesias, videlicet *Isoluingen* & *Greifeten*, à *Conrado* Seniore, *Eberhardo*, & *Conrado* juniore Archiepiscopis & nunc ab *Alberto* Archiepiscopo laudantibus, & approbantibus omni-



bus *Salisburgensis* Ecclesiæ Prælati & Prioribus annuente Clero & populo vobis concessas. Præterea libertates & immunitates à Regibus, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Principibus rationabiliter Monasterio vestro collatas, sicut in authenticis scriptis exinde factis continentur, & antiquas & rationabiles consuetudines Monasterij vestri integras & illibatas præsentis Decreto manere sancimus. Sanè noualium nostrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus à vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. In Parochialibus autem Ecclesijs quas tenetis, liceat vobis Clericos eligere, & Episcopo præsentare, quibus si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, vt de plebis quidè cura Episcopo, vobis autem de temporalibus debeant respondere. Liceat quoque vobis Clericos vel Laicos liberos & absolutos è seculo fugientes ad conuersionem vestram recipere, & eos absque vilius contradictione in vestro Collegio retinere. Prohibemus insuper vt nulli fratrum vestrorum, post factam in eodè loco professionem, sine licentia Abbatis sui fas sit de claustro discedere: discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere, nisi ad arctiorem vitam voluerit transmigrare. Sepulturam quoque ipsius loci libertatem esse decernimus, vt eorum deuotioni & extremæ voluntati, qui se illis sepeliri de iherant, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, aut etiam publicè vsurarij nullus obstat. Salua tamen iustitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Chrisma verò, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promouendi, à Diocæsano suscipietis Episcopo, si quidè Catholicus fuerit, & gratiam & communionem Apostolicæ sedis habuerit, & ea gratis & absque vlla prauitate vobis voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire antistitem, qui nostra fultus auctoritate quod postulatis indulgeat, Obeunte vero te nunc eiusdè loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus tibi qualibet subreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quæ communi consensu, vel fratrum maior pars consilij sanioris secundum Dei timorè & B. *Benedicti* regulam prouiderint eligendum. Decernimus ergo vt nulli omninò homini liceat præfatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conferuentur, eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt vsibus omnimodis profutura. Salua sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocæsani Episcopi Canonica iustitia, & in supradictis Decimis moderatione Concilij generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundo tertioque comonita nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subiaceat ultioni. Cunctis autè eidè loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus hinc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum iudicium præmia æternæ pacis inueniant. Amè. Datum *Lateranen.* per manum Mag. Bartholomæi S. Rom. Ecclesiæ Vicecællarij, XII. Cal. Maij. Ind. VII. In car. Dom. MCCXXX, III. Pont. vero Domini *Gregorij* Pap. VIII. an. 8.

**P**aulus Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & Conuentui Monasterij in *Atel* Ordinis S. *Benedicti Frisingensis* Diocæsis salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis



ratis, quam ordo exigit rationis vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia siue alia indulta vobis ac Monasterio vestro concessas, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis indultas, sicut eas iuste & pacifice possidetis, vobis & per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitationis infringere, vel ei assu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Marcum, An. incarnationis Dominicæ M. CCCC. Sexagesimo octauo, Pridie Calend. Maij, Pontificatus nostri anno quarto.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Monasterij *Garcen*, per Præpositum soliti gubernari *Salisburgen*, Diocesis & Ecclesiæ *Frisingen*, Præpositis ac Vicario venerabilis fratris nostri Episcopi *Frisingensis* in spiritualibus, generali, Salutem & Apostolicam benedictionem. Hodie à nobis emanarunt literæ tenoris subsequens. *Alexander* Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam His quæ pro Ecclesiarum, ac Monasteriorum, ac personarum quarumlibet indemnitatibus & comoditatibus, cum diuini cultus augmento ac asimarum salute prouide facta dicuntur, vt in sua firmitate persistant, cum à nobis petitur, libenter adiciamus apostolici muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum, moderni Abbatis & Conuentus Monasterij *Attlen*, Ordinis S. *Benedicti Frisingensis* Diocesis, nuper nobis exhibita petitio continebat, quod alias bonæ memoriæ *Eberhardus* Archiepiscopus *Salisburgensis*, Apostolicæ sedis Legatus natus, parochialem in *Eiselsing* & in *Griesstetten*, cum sibi subditis Capellis, ac omnibus eius attinentiis, seu possessionibus in spiritualibus ac temporalibus ac cum omni suo iure. *Hohenalb* dictæ diocesis Ecclesias de consensu dilectorum filiorum Capituli Ecclesiæ *Salisburgensis*, Monasterio prædicto in perpetuam proprietatem tradidit, & perpetua firmitate stabilivit, ac Abbari dicti Monasterij Clericos & Vicarios dictarum Ecclesiarum imitandi potestatem concessit, & si quis Abbatem eiusdem Monasterij & Conuentum præfatos super hoc perturbaret, anathema existeret, & successiue etiam bonæ memoriæ *Conradus*, Episcopus *Frisingensis* considerans quod habitatores loci *Wasserburg*, qui apud Parochialem Ecclesiam in *Attl* dictæ diocesis, quæ etiam apud ipsum Monasterium in spiritualibus & temporalibus pleno iure attinet, ab antiquo sepulturam habuerant, & diuina ac alia Ecclesiastica Sacramenta in ea receperant, quodq; propter excrecentiam & multitudinem populi, quæ ibidem per Dei gratiam pullulauerat & creuerat, habitatoribus prædictis periculosum & difficile erat, ad prædictam Ecclesiam parochialem in *Attl* accedere, de consensu dilectorum filiorum Capituli *Frisingensis*, & ad petitionem tunc Abbatis dicti Monasterij & Conuentus prædictorum, nec non dilectorum filiorum incolarum dicti loci de *Wasserburg* concessit, vt incolæ locorum *Hohenalb* & *Wasserburg* prædictorum, apud Ecclesiam quam ipsi incolæ de *Hohenalb* ibidem ad diuinum cultum ampliandum in honorem B. *Jacobi* fundare, & ædificare inceperant, diuina officia audirent, & Ecclesiastica Sacramenta reciperent, & apud ipsam Ecclesiam in illius cæmeterio, qui vellent Ecclesiasticam sepulturam haberent, saluis tamen omnibus iuribus, honoribus, & reuerentiis, quæ ab ipsa Ecclesia tanquam à filia, & habitatoribus ibidem Ecclesiæ parochiali & Monasterio in *Attl* tanquam matri



Ecclesiæ jure filialis subiectionis regulariter & Canonicè impendi debebant, seu  
 cõsueuerant, ac mandarunt, quod Parochiani & incolæ locorum prædictorũ ac  
 Ecclesiæ intra vel extra sitæ in decimis, oblationibus, mortuariis vel aliis juribus  
 parochialibus filiali subiectione Ecclesiæ Parochiali, seu Monasterio in *Actis* præ-  
 dictis perpetuo essent subiecti, & prædicta loca à matrice Ecclesiâ nullo modo  
 diuidi vel separari possent, & dictæ Ecclesiæ à nullo officari vel incolæ dictorũ  
 locorum ab aliquo audirent diuina, aut reciperent Ecclesiastica Sacramenta ni-  
 si à Vicario quẽ Abbas pro tempore, & Conuentus præfati instituerent, & in in-  
 stituendo & destituendo Vicarium huiusmodi à nemine contradictionem seu  
 impedimentũ paterentur. Quodq; incolæ dicti & habitatores præfate Ecclesiæ  
*S. Iacobi* diuina officia audire, & sepeliri, ac Sacramenta Ecclesiastica suscipere, vt  
 præferatur, possent: & quod in signum filialis subiectionis, tenerentur annis sin-  
 gulis cum cruce & processione, in certis festiuitatibus tunc expressis prædictum  
 Monasteriũ, tanquam matricẽ Ecclesiã vnanimiter, deuote, & cum reuerentiã  
 visitare, ipsiq; Abbas & Conuentus tenerentur deputare vnum ex Monachis di-  
 cti Monasterij pro mortuis sepeliendis in cimiterio ipsius Capellæ seu Ecclesiæ  
*S. Iacobi*, & omnia occasione defunctorum obuenientia huiusmodi oblationib; &  
 terris siue aliis quibuscunq; in vsum Monasterij & Monachorũ prædictorũ redi-  
 gerentur, ac quod saluũ esset dicto Monasterio jus funerandi omnibus habitato-  
 ribus prædictorum locorum, qui apud ipsum sibi sepulturam elegerint, prout in  
 quibusdam literis Archiepiscopi & Episcopi prædictorum desuper confectis di-  
 citur plenius cõtineri. Quare pro parte eorundẽ Abbatis & Conuentus asseren-  
 tium se in præmissorũ possessione vel quasi jam longissimo tẽpore præterito ex-  
 titisse & existere nobis fuit humiliter supplicatum, vt eisdẽ præmissis pro illarum  
 subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adiacere, aliasq; in præ-  
 missis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur  
 præfatos Abbatẽ & Conuentum ac eorum singulos à quibuscunq; excommuni-  
 cationis, suspensionis & interdicti, aliisq; Ecclesiasticis sententiis, cõsuris & pœnis  
 à jure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quib; quomodolibet in-  
 nodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum seriẽ  
 absoluentes, & absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati,  
 præmissa omnia & singula, & prout illa concernunt omnia & singula in dictis li-  
 teris contenta auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & con-  
 firmamus, supplemusq; omnes & singulos defectus, si qui forsitan interuenerint  
 in eisdem, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ac  
 Monasterij & ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica vel  
 quatuor firmitate alia roboratis statutis, & cõsuetudinib;, ceterisq; cõtrariis quib-  
 uscunq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ absolutionis,  
 approbationis, confirmationis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario  
 cõtraire, si quis autẽ hoc attemptare præsumpserit, indignationẽ omnipotentis  
 Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datũ  
 Roma apud S. Petrum, An. incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo  
 nono Kal. Nou. Pontific. nostri an. nono. Quocirca discretioni vestræ per apo-  
 stolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut vnus vestrũ per vos vel aliũ  
 seu alios litteras prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, vbi & quando ex-  
 pedierit, ac quotiens pro parte Abbatis & Cõuentus prædictorum fueritis super  
 hoc requisiti solenniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præ-  
 sidio assistentes faciatis auctoritate nostra omnia & singula, ac prout illa concer-  
 nunt omnia & singula in dictis literis contenta, juxta earundem literarum ten-  
 orem inuicabiliter obseruari, non permittentes Abbatem & Conuentum,

ac Mo-



ac Monasterium prædicta, super prædictis, illorumque possessione vel quasi, in qua Abbas & Conuentus præfati, ut præfertur, existunt, per quoscumq; videbitur vel iniuste quomodolibet molestari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Nô obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri constitutione, qua inter alia cauetur, ne quis extra ciuitatem suam vel diocæsiam, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra dietam suæ diocæsiam ad iudicium euocetur: seu ne iudices à sede Apostolica deputati extra ciuitatē & diocæsiam in quibus deputati fuerint contra quoscumq; procedere, aut alij vel aliis vices suas committere præsumant, & de duobus dietis in Concilio generali edita, dum modo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium non trahatur, ac aliis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis quæ in dictis nostris literis volumus non obstare contrariis quibuscumq;, aut si aliquibus communiter vel diuisim à dicta sit sede indultum, quod interdicti suspendi vel excommunicari, aut extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Data Romæ, apud S. Petrum Anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo nono, Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno nono.

**W**ir Steffan von Gottes Genaden Pfalzgraf bey Rhein/vnd Herkog in Bayern/bekennen vnd thun kund öffentlich mit diesem Brieff/für vns vnser Erben vñ Nachkommen ewiglich/Als manigen Person Frawen vñ Mannen hie von vnser Statt zu Wasserburg der etliche vergangen vnd todt/vnd auch etlich noch in dem leben seind/von vbung vnd einfluß als Götlich zuglauben ist / des heiligen Geists / ihr Haab vnd Gut zu der Capellen vnd Kammer/die da hie auf Jacobs Freyhof in S. Michaels ehr/vnd zu hülf vnd gedächtnuß aller glaubigen Seelen auffgeführt/ gebauet vnd auch geweiht ist/vnd auch zu einer ewigen Messe/die darinnen ewiglich gesprochen vnd vollführt soll werden/Nu ist dieselbe Mess her von menigen Jahren darnider gelegen/vnnd nicht vollführt / vnd gehalten worden/ als die ewigen Seeligen Menschen wolten/vnd Götlich gedacht habent / sonderlich von solcher zwittracht vnnd mißhellung wegen / die da von wegen der Stifft der vorgenennten ewigen Mess / zwischen des Ehrwürdigen/vnd der Geistlichen/vnser lieben andächtigen/des Abbs vnd des Conuents vnserers Gottshaus zu Aul eines theils / vnd der Erbarn Weisen vnser lieben getrewen/des Rats vnnd der Gemain vnser Statt daselbs zu Wasserburg/vnshero gewesen seind/des andern theils / habent vns dieselben der Rath vnd die Burger jeso vnnd auch vormals zu meniger stunde / so ver vnd vast angeruefft / vnd gebetten / daß wir darzu so gnediglich gedencen vnd thun wolten / damit die ehegenant Stifft vnnd ewige Mess / als das von denen / die ihr Haab vnd Gut / als vor berürt ist / darzu geben haben / wolbeweglich/wolbedächtlich betracht / geordnet vnd geschafft ist / nun hinfüran ewiglich einen fortgang gewurne vnd hiet. Nun haben wir angesehen solches zimlich pett / als vns die vorgemelte vnser lieb getrewe / der Rath vnd die Gemain / jeso vnd auch vor als oft / vnnd ernstlich angelegt vnd gehon habent / vnd auch das der ehegenanten Menschen Seel solcher hülf vnnd Seelgeret / der Sie dort von vorgemelter ewigen Mess vnd Stifft in jener Welt sein gewarrent/nicht also beraubt / vnd lenger enperen sollen/ So gehört auch vns vnd einem jeglichen Fürsten wol zu/daß wir von Fürslicher vnd angeborner güetigkeit den Gottsdienst vnnd Seelgeret furdern / mehrer vnd schirmen sollen / wo sich das gebürt / bey vnsern zeiten / vnd darumben haben wir vns der Sach zwittracht vnd Mißhellung / als sie des zu bedersit wissentlich vñ vnbezwungen/mir gutem willen vñ zeitigem Rath hinter vns gegangen seint/angenommen/also was wir darumb sprachen vñ erfunden/dabey



soll es dann für das ewiglich vnd vnzerbrochenlich bleiben / vnd auch von beeden theilen /  
 vnd von meniglichem die in den Sachen gewohnt sein oder werden / ewiglich gehalten  
 werden / vngeuerlich / vnd also sein Wir darüber mißglicklich gesehen / mit vnsern Räten  
 vnd Gelehrten Pfaffen / vnd haben darumb mit guter vorberachtung / zeitigem Rath  
 vnd Rechten Gewissen redlich gesprochen / vnd sprechen auch in crafft des Briefs / vnd  
 als hernach geschriben stee / Des Ersten / daß die ehgenanten ewig Mess täglich vnd  
 ewiglich in der ehgenanten Capellen gesprochen / vnd vollführt soll werden / doch auß-  
 genommen / daß derselb Priester einen Tag oder zween der Wochen / ob er will / wol mag  
 gesehen / ohn zuspruch / er soll auch allweg zuhandt nach der Wittermes vbersehen / die  
 Mess vollbringen / vnd mag auch die oben oder vnden in der Gruffe vollbringen / wie  
 ihme dann das geuelte / vnd was auch in der obgemelten Capellen oben oder vnden auff  
 den Altarn geopffert wirdet / das soll alles in den Pfarrhof einem Pfarrer genzlich wer-  
 den / vnd keinen außgenommen / ob ein Caplan einen Schuler oder Messner / die ihme  
 dann des tags zu Altar gedient habent / darvon etwas gibt / als das dann gewöhnlich  
 vnd zimlich ist / Sich soll vnd mag auch ein Caplan kains Jarstags / Vigili noch offener  
 gedächtnuß der Lebendigen / noch der Todten mit vnterwinten begehren noch haben / noch  
 Ampt singen in der ehgenanten Capellen / ohn vrlaub eines Abbtis von Arcl / denn als  
 lein Jährlich an dem Kirchweich tag / oder wann Patrocinium darinnen ist / Item /  
 wir sprechen auch / daß / wann dem Caplan der jeso angehet / all vnd jegklich Zins / Kä-  
 ten / Nutz oder Gült / wo / auff wem oder wie die gelegen vnd genant sein / nichts außge-  
 nommen / es sey hie oder in vnser Statt / in dem Burgfrid / oder außserhalb auff dem  
 Landt / das zu der ehgenanten Capellen vnd ewigen Mess von erst vnser geschafft  
 vnd gegeben ist / es sey verrent oder ligent Guet / oder Beraitschafft / vnd auch alle ver-  
 sessene Gült vnd Zins / was das alles an der ehgedachten Capellen vnsero nichts ver-  
 paut vnd noch vorhanden ist / vngeuerlich vnuerzogenlich vnterweisen / außzaigen solle /  
 vnd in des genzlich gewaltigen / zu seiner vnd aller seinen Nachkommen handen nutz vnd  
 frummen als solcher Goettsgab recht ist / nach Geistlicher ordnung vnd gewonheit / doch  
 also / daß der ehgenant Caplan von derselben beraitschafft Zins vnd Gült mit rath vnd  
 hülff der ehgenanten des Raths / darumb Jährlich Güte / angelegen vnd gewissen stet-  
 ten solle kauffen / einem Caplan vnd seinen Nachkommen / vnd wann das ist / daß der  
 heut morgen mit todt abgeh / dann soll der Hof zu Werlingen / darauff er nur seinen  
 Leib hat / mit aller seiner zugehörung widerumb zu der ehgenanten Capellen / vnd einen  
 Caplan lediglich gefallen / vnd bey dem ewiglich pleiben / ohn alle ansprach / vnd was  
 auch ihren hinfaro zu der ehgenanten Capellen geschafft / gegeben oder gewidembt wird /  
 heimlich oder offentlich / das alles soll auch bey der aigen Capellen von einem von dem  
 Capellan vnd seinen Nachkommen bleiben / vnd das sollen sie anlegen nieffen vnd nutzen /  
 mit sambt anderen ihrer vorigen Gült / durch des willen / das sich ein Caplan desto wür-  
 diglicher gehalten / vnd hinbringen müge / vnd das auch die aigen Mess desto minder  
 abgang gewinne / außgenommen doch eines Pfundt Pfenning / Wasserburger oder  
 Münchner Müns / ewiges vnd Jährliches Gelts / das halbes dem ehgenanten Abbt  
 von Arcl / vnd seinem Gottshaus / vnd halbes seinem Conuent daselbs / in die Abbtay  
 zu widerlegung Jährlich soll gefallen / vnd das soll man ihn jeso außzaigen vnd verma-  
 chen / an solchen gelegnen stetten / daran sie des habhafft vnd gewis sein / das in das nicht  
 abgehe / vnd beleiblich seye ohn geuehr / Wir sprechen auch / daß der ehgenant Abbt / sein  
 Conuent vnd Nachkommen vollen gewalt / recht vnd macht haben sollen / vnd mögen /  
 daß sie / oder wenn sie das gunnent vnd verlaubent / wol mehr ewig Messen aine oder  
 zwo / oder wie vil sie wollent / in die aigen Capellen oben oder vnden / wie ihren das fuege  
 solle stifften / oder ander Leuth stifften mögen lassen / daran soll noch mag ihn der ehge-  
 nant Caplan / oder sein Nachkommen / oder jemandts sren / engen / noch das widers-  
 sprechen



sprachen in kein weiß/weder mit Geistlichen oder Weltlichen Rechten/Es sollen auch  
 alle stundt sueg/ vnd was auff die Tafel oder in die Stöck wirdet/bey klein oder groß/  
 dem Zeh Probsten werden/wie die dann se sind/die sollen daruon der ehgenanten Ca-  
 pellen Bier vnd Notturfft mit Glocken/ Kelchen/ Messbüchern/ Messgewant vnd  
 Köchen/ vnd andere Notturfft außrichten/ ainem Caplan an seiner vorigen Gült vn-  
 entgoltten/Es mögen auch der Ehgenant Abbt/ sein Conuent vnd Nachkommen von  
 ihr Pfunde Gelts/ vnd der ehgenant Caplan vnd auch sein Nachkommen vmb solche  
 ihr vorige Gült/wann man ihm die zu rechter zeit nicht außricht/ als solcher Jährlicher  
 Gült recht ist/ solchen die ihn also Zinsparing vnd schuldig sein/ vmb die ehgenanten  
 Gült/ vnd auch vmb die bereitschafft die noch vorhanden ist/ vnd die man anlegen  
 soll in der Mess/ als vorn begriffen ist/selb wol zusperren/pfenden/ vnd das alles von ihm  
 bekommen/mit Geistlichen oder Weltlichen Rechten/wie ihn das allerbest suegt/ vnd  
 wir/vnser Erben vnd Nachkommen/ vnd auch die ehgenanten der Rath vnd Burger/  
 sollen einen jeglichen Caplan der ehgenanten Capellen darzu schutzen vnd schicken/  
 vnd die Anderfessigen darzu halten vnd bringen/das sie einem Caplan genueg thun/  
 als redlich sey/Wir sprechen auch wissenlich von des/das das aller Glaubigen Seelen/  
 vnd ein gemaine Stiff ist/ vnd den seeligen Menschen Pann/die vnzhero verschiden  
 sein/vnd noch verscheydent / darinnen raffen/das die ehgenant ihr Gült/ die jeho dar-  
 zu gegeben ist/oder hinfür darzu gegeben wirdt/sie sey hie in der Statt/in dem Burgk-  
 frid/ oder auff dem Lande gelegen/ von vns / vnsern Erben vnd Nachkommen/vnsern  
 Amptleuten/vnd auch vnsern Burgern von Wasserburg ewigklich Steuer frey vnd an  
 all anderer forderung sein vnd beleiben/Wer aber sach/das ein Herrschafft/vnd die Bur-  
 ger mit einander vnd besunder ainig wurden/oder erlaubten/wie sich das suegen möcht/  
 oder beschäch/das man ewigen Gelt vnd Zins auß Heusern/ oder auß andern Erb oder  
 Gut/hie in der Statt/ in dem Burgkfrid oder außserhalb wol erkauffen/ vnd gelösen  
 möcht/das soll doch dem ehgenanten Caplan/vnd seinen Nachkommen/an ihr Zins vnd  
 Gült wo sie die habent oder gewinnen vnschedlich/ vnd des vnentgoltten sein vnd belei-  
 ben/Wie oft auch geschicht/das die ehgenant Capellen vnd ewig Mess mit Tode oder  
 sonst ledig wirdt/ als oft soll vnd mag der Rath vnserer Statt zu Wasserburg einen  
 Erber vorberümbten Prieser/oder ein solche Person/ die inner Johrs frist zu Prieser  
 werden müge/erwölen/vnd dann dem Abbt zu Aertl/der je zu den zeiten ist fürsenden/vnd  
 praesentieren/mit ihrem offen Brieff/der solle dann den Götlich von der hand vnd laute-  
 terlich leyhen/ vnd inuektivn ohne alles geding / als oft das zu schulden kombt vnd als  
 darzu gehört. Als auch die ehgenanten vnserer Burger oder Rath den ersten Caplan/so  
 also fürgefende haben/Vnd wir Abbt Streffan vnd der ganz Conuent des Gotted-  
 haus zu Aertl eintheils/vnd wir der Rath vnd die Gemain/ der Statt zu Wasserburg  
 der andern theils/Bekennen vnd thun kundt sambt vnd verschaidenlich für vns vnd alle  
 vnserer Nachkommen ewigklich/das wir des Spruchs vnd aller Sache / als sich der vn-  
 ser obgenanter Benediger Herr jeho an sich genommen/vnd außgesprochen hat/als oben  
 geschriben stet/also hinter sein Genad/wissenlich vnd vnbezungen sein gegangen/ vnd  
 kommen/vnd des also ewigklich vnd geniglich halten/vollfüren/vnd dabey beleiben/ als er  
 den wissenlich geton hat/ vñ nicht darwider tuen noch kommen/noch den verrucken/mis-  
 Geistlichen oder Weltlichen Rechten/ noch in kein weiß/ wie man das erdencken/ erfin-  
 den/oder getuen möchte/vngeuerlich/Vnd des zu einer wahren verkunde/ vnd ewigen  
 zeugnuß aller vorigen sachen vnd handlungen/haben wir obgenanter Herrhog Streffan  
 vnser Insigl/vnd wir Abbt Streffan vnd der Conuent/ vnd wir der Rath/ vnd die Ge-  
 mein der Statt zu Wasserburg alle vorgeant/haben auch vnser Insigel zusambt dem  
 vnserer Benedigen Herrn an den Brieff gehenckt / Geben daselbs zu Wasserburg / am  
 Montag vor S. Margareten tag/Nach Christi Geburt/in dem vierzehnhundertisten/  
 vnd in dem dritten Jahr.



DESIGNATIO PRÆLATORVM MONA-  
sterij ATILENSIS ad Oenum, quorum nomina per diligentem inda-  
gationem à fundatione inueniri potuerunt.

EGILOLPHVS *Abb. vixit circ. an Christi 1177.*

PABO.

GYNTHERVS.

HENRICVS, *an. 1250.*

VDALRICVS, *1257.*

HENRICVS, *1285.*

SIBOTO, *1289.*

VDALRICVS, *1303.*

FRIDERICVS, *1326.*

VDALRICVS, *1353.*

STEPHANVS, *1361.*

SEIFRIDVS, *1378.*

HEINRICVS, *1385.*

HEIDENREICH, *1392.*

STEPHANVS, *1406.*

IOANNES *Käferer, 1433.*

GEORGIVS, *1459.*

IOANNES, *1465.*

MARTINVS, *1498.*

RVPERTVS.

HERTINGVS.

LEONARDVS *Clamperer ob an. 1535.*

SEBASTIANVS *Adler ob 1547.*

BENEDICTVS *Hohendanner. 1569.*

CONRADVS *Auer ob. 1573.*

ENGELBERTVS *ob. 1606.*

CONRADVS *Abbas modernus.*

AV ET GARS.

AV & Gars Monasteria fundauit iuxta Auentinum, in Annal. fol. 552. Conra-  
dus Comes à Medling & Frotenhufen, circa annum 1050. Qui Comites plu-  
ra bona his Monasteriis dederunt, & multis annis ibidem Aduocati fuerunt.  
De hac re nihil certi reperitur in prædictis Cœnobiis. Diplomata enim vetera in  
Gars igne perierunt. verisimile tamen est, initia horum Cœnobiolorum satis te-  
nuia fuisse; subinde tamen eleemosynis Nobilium & aliorum piorum, nec non  
frugali œconomia Prælatorum aucta esse, vt habet peruetustus liber traditio-  
num, vt vocant, in Gars: In quo fit mentio quarundam familiarum, quæ interie-  
runt, & nostro tempore ignotæ sunt. Dubium est Nobiles fuerint nec ne, circa  
Annum 1100. In antiquis Ecclesiæ Salisburgensis monumentis reperio, princi-  
pia amborum Monasteriorum ita se habere: Cellam, quæ vocatur Garoz, super  
ripam Oeni in pago Isanagoe, construxit quidam Clericus, nomine Boso, in ho-  
nore sancti Petri, Principis Apostolorum, de licentia Tessalonis III. Ducis Bava-  
riæ, &c. Hanc Cellam idem Dux cum pluribus aliis prædiis ac censibus donauit  
Episcopo Salisburgensi, commendans eundem Clericum ad suprâ dictum Mo-  
nasterium, vnâ cum ipsa Cella, &c. Fuit autem hic Boso liber homo, qui cum fra-  
tre Ioanne ad prædictum Episcopatum quoque tradidit de licentia præd. Ducis  
in pa-